Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

rus est in hac nocte. Añ: Mandatum no-
uum do vobis vt diligatis inuicem sicut
dilexi vos dicit dominus. Ps: Beati im-
maculati in via qui ambulant in legę do-
mini. Mandatum. Añ: Postquam sur-
rexit dominus a cena misit aquam in pel-
uim cepit lauare pedes discipulorum hoc
exemplum reliquit eis. Añt. In hoc cog-
noscent omnes quia mei estis discipuli
si dilectionem habueritis ad inuicē. Añ:
Diligamus nos inuicem quia charitas
ex deo est et qui diligit fratrem suum ex
deo natus est et viuit in eo. Inti: Ante
diem festum pasce sciens Jesus quia eius hora
venit vt transeat ex hoc mundo ad patrem.
et cena facta surrexit. linteo precinxit se,
misit aquam in peluim cepit lauare pedes
discipulorum venit ad petrum dicit ei
Simon. non lauabis mihi pedes in eter-
num. Respondit Jesus, si non lauero tibi
non habebis partem mecum. Domine nō
solum pedes meos sed et manus et caput.
Vos vocatis me dñs et magister et bñ dicitis
et vos debetis alit alterius pedes lauare.